



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 4. Humilitatis & Magnanimitatis, tamquam eiusdem virtutis, esse,  
honoris appetitum refrænare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

minatiūs disputare velimus, re ipsa eadem  
sit *Humilitatis & Magnanimitatis* virtus.  
Humilitatem tamen S. Augustinus Ethni-<sup>S August.</sup>  
cis omnino incognitam fuisse arbitratur. <sup>in Psal. 33.</sup>  
Ita enim scribit: *Hec aqua humilationis Verum-*  
*cordis, aqua vita salutaris, abiicientis se, nihil* <sup>tamen in</sup>  
*de se presumuntis, nihil sua potentia superbè tri-* <sup>diluio,</sup>  
*buentis. Hec aqua in nullis alienigenarum li-* <sup>&c.</sup>  
*bris est. Non in Epicureis, non in Stoicis, non*  
*in Manicheis, non in Platoniciis. Vbi cumque*  
*etiam innenuntur optima precepta morum &*  
*disciplina, humilitas tamen ista non innenitur.*  
*Via humilitatis huius aliunde non manat. A*  
*Christo venit. Hac via ab illo est, qui cum esset*  
*altus, humilis venit. Quid enim aliud docuit*  
*humiliando se, factus obediens usque ad mor-*  
*tem, mortem autem crucis? &c.*

## §. IV.

*Humilitatis & Magnanimitatis, tamquam*  
*eiusdem virtutis, esse, honoris appetitum*  
*refranare.*

Quidquid igitur sit de Ethnicis, saltem <sup>Vasq. 1.</sup>  
Christianæ humilitas docet, honorum va- <sup>part. dispe-</sup>  
nitatem non esse ambiendam: immo idem <sup>235. c. 4.</sup>  
docet Magnanimitas Ethnicorum, quæ ex <sup>Theoph.</sup>  
plurimorum Theologorum sententia, vna <sup>Raynaud.</sup>  
eademque virtus est cum Humilitate. Si <sup>lib. 6. de</sup>  
quidem <sup>virtutib,</sup>

&amp; vitijs

scit. 2. c.

16. licet.

contrariū

sentiat

Caiet. 2.

2. q. 161.

a. 1. Less.

l. 4. de

Virtut. c.

4. n. 50.

S. Thom.

2. 2. q. 131.

&amp; 232.

Isidor.

Pelus. lib.

3. ep. 264.

quidem Aristoteles magnanimitati tribuit, tenere medium in appetitione dignitatum & honorum; ac magnanimo opponit, pusillanimum, qui honorem debitum neglegit, & eum qui indebita capessit, quae sunt vitia humilitati opposita. Quin & S. Thomas ambitionem & inanem gloriam, quae utique Humilitati opponuntur, tamquam vitia per excessum pugnantia, opponit Mag-  
gnanimitati. Cum ergo idem sit Magnanimitatis, & Humilitatis medium, eademque utriusque functiones, sequitur eamdem esse, sub duplice nomine virtutem, quae doceat, quo pacto honores fugiendi sint, vel appetendi. Audi Isidorum Pelusiotam: *Ego, ait, et si mirum esse videatur, quod dicturus sum, tamen μεγαλοφεσύνην (hoc est, animi magnitudinem) τινὲ μετὰ λόγω φρόνην (id est, animi affectum, cum ratione coniunctum) esse statuo. Neque enim si quis ab assentatione abhorreat, hunc inter arrogantes numerare oportet. Nec rursus, si quis adulator & sordidus atque ignavus sit, modestum hunc existimare, conuenit. Verum eum demum, qui cum ea, qua consentanea sunt, facit, tamen aduersus alios minimè inflatur, nec se omnibus anteposuit, verum eo gradu & ordine, qui ingenuos vires*

uit,  
um  
pu-  
gli-  
int  
ho-  
que  
am  
Ma-  
mi-  
que  
es-  
do-  
vel  
ego,  
eru-  
imi-  
est,  
esse  
ab-  
or-  
dus  
re,  
ea,  
sus  
pa-  
uos  
ros

viros decet, se ipsum continet. *Magnanimum enim esse oportet, non superbū & arrogantē: fortē, nō temerariū: suauē ac facilem, nō abiectū & seruilem: modestū, nō humiliatis simulatorem: ingenuū & liberalem, nō seruilem.* Cuiusmodi videlicet Abraham erat, qui Persicas quidem manubias, & barbarica spolia contemnebat: in excipiendis autem hospitibus, quibusvis hominibus humiliorem se prebebat, seruilia nimirū munera exequens: atque cū ad diuinū colloquium admittentur, dicebat: *Ego sum terra & cinis. Hoc autem verē modestiam & humilitatem, ac sublimitatem in unū colligere est. Hoc inquam est, inguitatem à superbia puram ac libram demonstrare.* His Pelusiota ostendit, idem esse Humilitatem & Magnanimitatem, quarum vtraque moderatur Honoris appetitum, qui non semper nullus esse debet; ne tamen extra viam excurrat, lupatis est temperandus. Alij enim frænis, alijs calcaribus egent.

## §. V.

*Quæ sit Magnanimi indoles circa honorem?*

Magnanimus igitur circa magna versatur, sed in ea dumtaxat magna fertur, quæ digna sc, sibi quis secundū rectam ratio-

B                   nem